



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

De temperantia. Qu[a]estio 141.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38803**

circa maxima pericula, in quibus est cautius agendum. Nec oportet aliquid determinari in particulari quid sit faciendum. Sed patientia & perseverantia sunt circa minores afflictiones & labores. Et ideo magis sine periculo potest in eis determinari quid sit agendum, maxime in vniuersali.

QVÆST. CXLI.

*De temperantia, in octo articulos diuisa.*

**C**onsequenter considerandum est de temperantia. Et primo quidem de ipsa temperantia. Secundo, de partibus eius. Tertio, de præceptis ipsius.

¶ Circa temperantiam autem primo considerare oportet de ipsa temperantia. Secundo, de vitijis oppositis.

¶ Circa primum queruntur octo.

¶ Primo, vtrum temperantia sit virtus?

¶ Secundo, verum sit virtus specialis?

¶ Tertio, vtrum sit solum circa concupiscentias & delectationes?

¶ Quarto, vtrum sit solum circa delectationes tactus?

¶ Quinto, vtrum sit circa delectationes gustus, in quantum est gustus, vel solum in quantum est actus quidam?

¶ Sexto, quæ sit regula temperantiæ.

¶ Septimo, vtrum sit virtus cardinalis, seu principalis?

¶ Octauo, vtrum sit potissima virtutum?

ARTIC. I.

*Vtrum temperantia sit virtus?*

**A**D primum sic proceditur. Videtur, quod temperantia non sit virtus. Nulla enim virtus repugnat inclinationi naturæ: eo quod in nobis est naturalis aptitudo ad virtutem, vt dicitur in 2. Ethicor. \* Sed temperantia retrahit à delectationibus, ad quas natura inclinatur, vt dicitur in secundo Ethic. † Ergo temperantia non est virtus.

¶ 2. Præterea, Virtutes sunt connexæ adinuicem,

vt

683  
inf. q. 186  
ar. 1. cor.  
et vir. q.  
1. ar. 12.  
al. 23. c.  
3. Ethic.  
le. 19.  
¶ in prin.  
20. 5.  
¶ c. 3. et 8

vt f  
tiaz  
nius  
Ergo  
don  
non  
sup  
ta. r  
S  
est v  
R  
est,  
boni  
esse,  
virtu  
dum  
perat  
mod  
temp  
Ad  
in id  
tural  
Quia  
confe  
uenie  
retral  
tra ra  
traria  
cum  
stialis  
Ad  
cunde  
est fir  
ided i  
diti  
rantu  
tione

vt supra habitum est \*. Sed aliqui habent temperantiam. qui non habent alias virtutes. Multi enim inveniuntur temperati, qui tamen sunt auari, vel timidi. Ergo temperantia non est virtus.

1.2.9.65.  
ar.1.

¶ 3 Præterea, Cuilibet virtuti respondet aliquod donum, vt ex supradictis patet †. Sed temperantiæ non videtur aliquod donum respondere: quia iam in superioribus, dona omnia sunt alijs virtutibus attributa. Ergo temperantia non est virtus.

1.2.9.68.

S ED contra est, quòd Aug. dicit in 6. Musica\*, Ea est virtus, quæ temperantia nominatur.

c.15. po. 7

med to 1

1.2.9.55

ar.3.

p.4. non

remotè a

princ.

RESPONDEO dicendum, quòd sicut supra dictum est, de ratione virtutis est, vt inclinet hominem ad bonum. Bonum autem hominis est secundum rationem esse, vt Dionys. dicit 4. cap. de diu. nomin. Et ideo virtus humana est quæ inclinat ad id, quod est secundum rationem. Manifeste autem ad hoc inclinat temperantia: nã in ipso eius nomine importatur quædam moderatio, seu temperies, quam ratio facit. Et ideo temperantia est virtus.

Ad primum ergo dicendum, quòd natura inclinat in id quod est conueniens unicuique. Vnde homo naturaliter appetit delectationem sibi conuenientem. Quia vero homo in quatum huiusmodi est rationalis, consequens est, quòd delectationes sunt homini conuenientes, quæ sunt secundum rationem. Et ab his nõ retrahit temperantia: sed potius ab his quæ sunt contra rationem. Vnde patet quòd temperantia non contrariatur inclinationi naturæ humanæ, sed conuenit cum ea. Contrariatur tamen inclinationi naturæ bestialis non subiectæ rationi.

Ad secundum dicendum, quòd temperantia, secundum quod perfecte habet rationem virtutis, non est sine prudentia, qua carent quicumque vitiosi. Et ideo illi qui carèt alijs virtutibus, oppositis vitijs subditi, non habent temperantiã, quæ est virtus. Sed operantur ætus temperantiæ ex quadam naturali dispositione, prout virtutes quædam imperfectæ sunt homini-

1. 2. q. 63. ar. 1.  
1. 2. q. 65. a. 1. et q.  
58. a. 4.  
q. 19. a. 9. ad 1.

minibus naturales, vt supra dictum est\*. Vel per consuetudinem acquisita, quæ sine prudentia non habent perfectionem rationis, vt supra dictum est §.  
Ad tertium dicendum, quod temperantiæ etiam responderet aliquod donum, scilicet timoris, quo aliquis refranatur à delectationibus carnis: secundum illud Psal. 118. Confige timore tuo carnes meas. Donum autem timoris principaliter quidem respicit Deum, cuius offensam vitat. Et secundum hoc correspondet virtuti spei, vt supra dictum est\*. Secundario autem potest respicere quæcumque aliquis refugit ad vitandum Dei offensam. Maxime autem homo indiget timore diuino ad fugiendum ea, quæ maxime alliciunt, circa quæ est temperantiæ. Et ideo temperantiæ etiam correspondet donum timoris.

ARTIC. II.

*Virum temperantiæ sit specialis virtus?*

684  
infr. a. 4. ad 2.  
c. 15. cir.  
fn. c. e.  
19. 10. 1.  
7. cap. 43. in princ.  
10. 1.  
in cap. de temperã.  
nō procul a princ.  
c. 7. li. 4.  
c. 3.

**A**D secundum sic proceditur. Videtur, quod temperantiæ non sit specialis virtus. Dicit enim Augustinus, in lib. de moribus eccles. \* quod ad temperantiæ pertinet Deo sese integrum incorruptumque seruare. Sed hoc conuenit omni virtuti. Ergo temperantiæ est virtus generalis.

¶ 2. Præterea, Ambrosius dicit in 1. de offic. quod in temperantiæ maxime tranquillitas animi spectatur, & quæritur. Sed hoc pertinet ad omnem virtutem. Ergo temperantiæ est generalis virtus.

¶ 3. Præterea, Tullius dicit in 1. de offic. \* quod decorum ab honesto nequit separari; & quod iusta omnia, decora sunt. Sed decorum proprie consideratur in temperantiæ, vt ibidem dicitur. Ergo temperantiæ non est specialis virtus.

SED contra est, quod Philof. in 2. & 4. Ethic. ponit eam specialem virtutem.

**R**ESPONDEO dicendum, quod secundum consuetudinem humanæ locutionis, aliqua nomina communia restringuntur ad ea, quæ sunt præcipua inter illa, quæ sub tali communitate continentur: sicut nomen vrbis

vrbis  
men  
secun  
temp  
quia  
riem  
mani  
ne i  
temp  
que s  
retra  
ciunt  
aggre  
nis. S  
secun  
me a  
hab  
Ad  
nis m  
mo a  
Et id  
plicie  
celler  
stinu  
Ad  
temp  
propt  
ceur  
lentia  
ter co  
Ad  
do co  
bitur  
secun  
pertin  
tio, i  
Diony  
quibu

urbis accipitur antonomasticè pro Roma. Sic ergo nomen temperantię dupliciter accipi potest. Vno modo, secundum communitatem suę significationis. Et sic temperantia non est virtus specialis, sed generalis; quia nomen temperantię significat quandam temperiem, idest, moderationem, quam ratio ponit in humanis operationibus & passionibus, quod est commune in omni virtute morali. Differt tamen ratione temperantia à fortitudine, etiam secundum quod utraque sumitur ut virtus communis: nam temperantia retrahit ab his, quę contra rationem appetitum alliciunt: fortitudo autem impellit ad ea sustinenda, vel aggredienda, propter quę homo refugit bonum rationis. Si verò consideretur antonomasticè temperantia, secundum quod refranat appetitum ab his, quę maxime alliciunt hominem: sic est specialis virtus, vtpote habens specialem materiam, sicut & fortitudo.

Ad primum ergo dicendum, quod appetitus hominis maxime corrumpitur per ea, quibus allicitur homo ad recedendum à regula rationis & legis diuinę. Et ideo sicut ipsum temperantię nomen potest dupliciter sumi, vno modo communiter, alio modo excellenter: ita & integritas, quam temperantię Augustinus attribuit\*.

Ad secundum dicendum, quod ea circa quę est temperantia maxime possunt animum inquietare, propter hoc quod sunt homini essentialia: ut infra dicitur\*. Et ideo tranquillitas animi per quamdã excellentiam attribuitur temperantię, quamuis communiter conueniat omnibus virtutibus.

Ad tertium dicendum, quod quamuis pulchritudo conueniat cuilibet virtuti, excellenter tamen attribuitur temperantię, duplici ratione. Primo quidem, secundum communem rationem temperantię, ad quam pertinet quaedam moderata, & conueniens proportio, in qua consistit ratio pulchritudinis: ut patet per Dionys. 4. cap. de diu. nom. \* Alio modo, quia ea à quibus refranat temperantia, sunt infima in homine,

loco cita-  
to in ar-  
sum.

a. 4. c. 5

a. 4. p. 2.  
cir. med.

conuenientia sibi secundum naturam bestialem, vt in-  
fra dicitur †. Et ideo ex eis maxime natus est homo  
deturpari. Et per consequens pulchritudo maxime  
attribuitur temperantiæ, quæ præcipue turpitudinem  
hominis tollit. Et ex eadem etiam ratione honestum  
maxime attribuitur temperantiæ. Dicit enim Isidorus,  
in lib. Eym. \* Honestus dicitur qui nihil habet turpi-  
tudinis. Nam honestas dicitur quasi honoris status  
qui maxime consideratur in temperantia, quæ repellit  
vitia, maxime opprobriosa, vt infra dicitur †.

ARTIC. III.

Vtrum temperantia sit solum circa concupiscentias  
& delectationes?

685  
sup. q. 21.  
a. 1. ad 1.  
q. 23.  
a. 4. ad 3.  
q. 95.  
a. 3. ad 2.  
inf. q.  
147. a. 2.  
ad 3.  
12. q. 35.  
a. 6. ad 3.  
q. 3. et h.  
le. 19. col.  
1.  
in li. 2.  
de inuēt.  
in sol. 2.  
ante fn.  
lib.  
† 1. 83. 99.  
q. 46. 10. 4.  
ca. 43. in  
prim. 10. 1

AD tertium sic proceditur. Videtur, quod tempe-  
rantia non sit solum circa concupiscentias, &  
delectationes. Dicit enim Tullius in sua Rhet. \* quod  
temperantia est rationis in libidine, atque in alios non  
reptos impetus animi firma & moderata dominatio.  
Sed impetus animi dicuntur omnes animæ passiones.  
Ergo videtur, quod temperantia non sit solum circa  
concupiscentias & delectationes.

¶ 2 Præterea, Virtus est circa difficile, & bonum  
Sed difficilius videtur esse temperare timorem, max-  
ime circa pericula mortis, quam moderari concupis-  
centias & delectationes, quæ propter dolores, & pe-  
ricula mortis contemnuntur: vt Augustinus dicit in  
libro 83. quæst. † Ergo videtur quod temperantia vit-  
tus non sit præcipue circa concupiscentias, & de-  
lectationes.

¶ 3 Præterea, Ad temperantiã pertinet moderatio  
tionis gratia, vt Ambr. dicit in 1. de offic. \* Et Tullius  
cit in 1. de off. quod ad temperantiã pertinet omnia  
sedatio perturbationum animi, & rerum modus. Operari  
autem modum ponere, non solum in concupiscentiis, &  
delectationibus, sed etiam in exterioribus actibus, in  
quibuslibet exterioribus. Ergo temperantia non est  
solum circa concupiscentias & delectationes.

S E D contra est, quod Isidorus dicit in lib. Eym.

Eym.  
scen  
R  
est \*  
ni ra  
tus a  
ctum  
secu  
fibi  
quod  
autem  
ration  
& cor  
non r  
instru  
propri  
dum c  
condu  
lem pa  
quæ in  
appet  
pue c  
suam i  
disce  
sensibi  
tur bo  
bono  
net in  
no rat  
tione  
ca pas  
rum, s  
audaci  
nista  
quand  
in bon  
delect  
tias, q  
Eym.

Etymol. quod temperantia est, qua libido concupiscentiaque refrenatur.

RESPONDEO dicendum, quod sicut supra dictum est \*, ad virtutem moralem pertinet conservatio boni rationis contra passiones rationi repugnantes. Motus autem passionum animæ est duplex, ut supra dictum est, cum de passionibus ageretur. Vnus quidem, secundum quod appetitus sensitivus prosequitur sensibilia, & corporalia bona. Alius autem, secundum quod refugit sensibilia, & corporalia mala. Primus autem motus appetitus sensitivi præcipue repugnat rationi per immoderantiam. Nam bona sensibilia, & corporalia secundum suam speciem considerata, non repugnant rationi, sed magis serviunt ei, sicut instrumenta, quibus ratio utitur ad consecutionem proprii finis. Repugnant autem ei præcipue, secundum quod appetitus sensitivus in ea tendit, non secundum modum rationis. Et ideo ad virtutem moralem pertinet proprie huiusmodi passiones moderari, quæ important consecutionem boni. Motus autem appetitus sensitivi refugientis mala sensibilia præcipue contrariatur rationi, non quidem secundum suam immoderantiam, sed maxime secundum suum discessum: prout scilicet aliquis refugiendo mala sensibilia & corporalia, quæ interdum concomitantur bonum rationis, per consequens discedit ab ipso bono rationis. Et ideo ad virtutem moralem pertinet in huiusmodi discessu firmitatem præstare in bono rationis. Sicut ergo virtus fortitudinis, de cuius ratione est firmitatem præstare, præcipue consistit circa passionem pertinentem ad fugam corporalium malorum, scilicet circa timorem; ex consequenti autem circa audaciam, quæ aggreditur terribilia sub spe alicuius boni: ita etiam temperantia, quæ importat moderationem quandam, præcipue consistit circa passiones tendentes in bona sensibilia, scilicet circa concupiscentiam, & delectationem: ex consequenti autem circa tristitias, quæ contingunt ex absentia talium delectationum.

Nam

q. 123. a.  
1. et 2. q.  
136. a. 1.  
1. 2. q. 23.  
art. 2.

Nam sicut audacia præsupponit terribilia, ita etiam tristitia talis prouenit ex absentia prædictarum delectationum.

8.2.9.25  
6.1.2

Ad primum ergo dicendum, quod sicut supra dictum est\*, cum de passionibus ageretur, passiones que pertinent ad fugam mali, præsupponunt passiones que pertinent ad prosecutionem boni. Et passiones irascibilis que pertinent ad fugam mali, præsupponunt passiones concupiscibilis. Et sic dum temperantia directe modificat passiones concupiscibilis tendentes in bonum, per quamdam consequentiam modificat omnes alias passiones, in quantum ad moderantiam priorum passionum sequitur moderantiam posteriorum. Qui enim non immoderate concupiscit, consequens est ut moderate speret, & moderate de absentia concupiscibilium tristetur.

686

1 p 4.59.  
a 4 ad 3  
61. ar. 2.  
cor 3.  
d 22 q 2  
ar. 2 q 2.  
6. 4. dis.  
49. qu. 3.  
a. 5. q. 2.  
co. et vir.  
q. 1. a. 12  
ad 23. 6.  
26.  
\*c. 19. cir  
ca princ.  
t. 1.

Ad secundum dicendum, quod concupiscentia importat impetum quemdam appetitus in delectabile, qui indiget refrenatione: quod pertinet ad temperantiam. Sed timor importat retractionem quantum animi ab aliquibus malis: contra quod indiget humani firmitate, quam præstat fortitudo. Et ideo temperantia proprie est circa concupiscentias; fortitudo circa timores.

Ad tertium dicendum, quod exteriores actus procedunt ab interioribus anime passionibus. Et ideo moderatio eorum dependet a moderacione interiorum passionum.

ARTIC. IV.

*Virum temperantia sit solum circa concupiscentias & delectationes tactus?*

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod temperantia non solum sit circa concupiscentias, & delectationes tactus. Dicit enim Augustinus in libro de moribus Eccl. quod munus temperantie est in cohercendis, sedandisque cupiditatibus, quibus vertimur in ea que nos auertunt a legibus Dei, & a fructu bonitatis eius. Et post pauca subdit, quod officium temperantie

tia e  
dem  
cari  
conc  
quæ  
milic  
glori  
quod  
temp  
lectat  
le qu  
temp  
parui  
lectat  
sione  
circa  
tur ca  
tutis  
se vni  
terian  
iores  
de pa  
cupis  
dunt  
curio  
lus se  
dij se  
ranti  
pria  
nes d  
tem  
dis.  
teria  
SE



tiæ est contemnere omnes illecebras, laudemque popularem. Sed non solum cupiditates delectationum tactus auertunt nos à legibus Dei, sed etiã concupiscentiæ delectationum aliorum sensuum, quæ etiã pertinent ad illecebras corporales: & similiter cupiditates diuitiarum, vel etiã mundanæ gloriæ. Vnde dicitur primæ ad Timothæum vltimo, quòd radix omnium malorum est cupiditas. Ergo temperantia non est solum circa concupiscentias delectationum tactus.

*† eodem lib. 6. c. di. paulo ante fin.*

¶ 2 Præterea, Philof. dicit in 4. Ethic.\* quòd ille qui est paruis dignus, & his dignificat seipsum, est temperatus, non autem magnanimus. Sed honores parui, vel magni, de quibus ibi loquitur, non sunt delectabiles secundum tactum, sed secundum apprehensionem animalem. Ergo temperantia non est solum circa concupiscentias delectationum tactus.

*c. 3. circa prin. 10. 5*

¶ 3 Præterea, Ea quæ sunt vnius generis, videntur eadem ratione pertinere ad materiam alicuius virtutis. Sed omnes delectationes sensuum videntur esse vnius generis. Ergo pari ratione pertinent ad materiam temperantiæ.

¶ 4 Præterea, Delectationes spirituales sunt maiores, quàm corporales, vt supra habitum est\*, cum de passionibus ageretur. Sed quandoque propter concupiscentias delectationum spiritualium aliqui discedunt à legibus Dei, & à statu virtutis, sicut propter curiositatem scientiæ. Vnde & primo homini diabolus scientiam promisit, Genes. 3, dicens, Eritis sicut dii scientes bonum & malum. Ergo non solum temperantia est circa delectationes tactus.

*1. 2. 9. 3. 2. ar. 5.*

¶ 5 Præterea, Si delectationes tactus essent propria materia temperantiæ, oporteret quòd circa omnes delectationes tactus temperantia esset. Non autem est circa omnes: puta, circa eas, quæ sunt in ludis. Ergo delectationes tactus non sunt propria materia temperantiæ.

SED contra est, quod Philof. dicit in 3. Ethic.\* quòd

*c. 10. 10. 5*

Sec. Sec. Vol. iij.

L

quòd

quod temperantia proprie est circa concupiscentias & delectationes tactus.

art. prac.

RESPONDEO dicendum, quod sicut supra dictum est\*, ira est temperantia circa concupiscentias, & delectationes, sicut fortitudo est circa timores, & audacias. Fortitudo autem est circa timores, & audacias respectu maximorum malorum, quibus ipsa natura extinguitur, quæ sunt pericula mortis. Unde similiter temperantia oportet quod sit circa concupiscentias maximarum delectationum. Et quia delectatio consequitur operationem connaturalem, quanto aliqua delectationes sunt vehementiores, quanto consequuntur operationes magis naturales. Maxime autem naturales animalibus sunt operationes, quibus conservatur natura individui per cibum & potum; & natura speciei per conjunctionem maris & feminae. Et ideo circa delectationes ciborum, & potuum, & circa delectationes venereorum, est proprie temperantia. Huiusmodi autem delectationes consequuntur sensum tactus. Unde relinquatur, quod temperantia sit circa delectationes tactus.

Ad primum ergo dicendum, quod August. ibi videtur accipere temperantiam, non secundum quod est specialis virtus habens determinatam materiam, sed secundum quod ad eam pertinet moderatio rationis in quacumque materia: quod pertinet ad generalem conditionem virtutis. Quamvis etiam dici possit, quod ille qui potest refranare maximas delectationes, multo etiam magis potest refranare minores delectationes. Et ideo ad temperantiam principaliter quidem, & proprie pertinet moderatio concupiscentias delectationum tactus; secundario autem alias concupiscentias.

Ad secundum dicendum, quod Philosophus ibi refert nomen temperantiæ ad moderationem exteriorum rerum: dum scilicet aliquis tendit in aliqua re commensurata: non autem prout refertur ad moderatio-

ationem affectionum animæ, quæ pertinet ad virtutem temperantiæ.

Ad tertium dicendum, quod delectationes aliorum sensuum aliter se habent in hominibus, & aliter in alijs animalibus. In alijs enim animalibus ex alijs sensibus non causantur delectationes, nisi in ordine ad sensibilia tactus: sicut leo delectatur videns certum, vel audiens vocem eius propter cibum. Homo autem delectatur secundum alios sensus, non solum propter hoc, sed etiam propter convenientiam sensibilibus. Et sic circa delectationes aliorum sensuum, in quantum referuntur ad delectationes tactus, est temperantia, non principaliter, sed ex consequenti. In quantum autem sensibilia aliorum sensuum sunt delectabilia propter sui convenientiam, (sicut cum delectatur homo in sono bene harmonizato) ista delectatio non pertinet ad conservationem naturæ. Unde non habent huiusmodi passiones illam principalitatem, ut circa eas antonomasticè temperantia dicatur.

Ad quartum dicendum, quod delectationes spirituales, etsi secundum suam naturam sint maiores delectationibus corporalibus, tamen non ita percipiuntur sensu: & per consequens non ita vehementer afficiunt appetitum sensitivum, contra cuius impetum bonum rationis conservatur per moralem virtutem. Vel dicendum, quod delectationes spirituales, per se loquendo, sunt secundum rationem. Unde non sunt refranandæ nisi per accidens, in quantum scilicet una delectatio spiritualis retrahit ab alia potiori & magis debita.

Ad quintum dicendum, quod non omnes delectationes tactus pertinent ad naturæ conservationem. Et ideo non oportet quod circa omnes delectationes tactus sit temperantia.

*Utrum circa proprias delectationes gustus sit temperantia?*

687  
3. *Eth. le.*  
le. 19. co.  
5.  
a. 3. & 4  
præc.

**A**D quintum sic proceditur. Videtur, quòd circa proprias delectationes gustus sit temperantia. Delectationes enim gustus sunt in cibis & potibus, qui magis sunt necessarij ad hominis vitam, quàm delectationes venererorum, quæ pertinent ad tactum. Secundum prædicta \*, temperantia est circa delectationes eorum, quæ sunt necessaria ad vitam hominis. Ergo temperantia est magis circa proprias delectationes gustus, quàm circa proprias delectationes tactus.

¶ 2 Præterea, Temperantia est circa passiones, magis quàm circa res ipsas. Sed sicut dicitur in 2. de anima \*, tactus videtur esse sensus alimenti quantum ad ipsam substantiam alimenti. Sapor autem, qui est propriè obiectum gustus, est sicut delectamentum alimenterum. Ergo temperantia magis est circa gustum quàm circa tactum.

¶ 3 Præterea, Sicut dicitur in 7. Ethic. \* circa eadem sunt temperantia & intemperantia, continentia & incontinentia, perseverantia & mollities: ut quædam pertinent ad delicias. Sed ad delicias videtur pertinere delectatio, quæ inest saporibus, qui pertinent ad gustum. Ergo temperantia est circa delectationes proprias gustus.

li. 3. ethi.  
cap. 10. a  
med. 10. 5  
art. præc.

**S**ED contra est, quòd Philosophus dicit \*, quod temperantia & intemperantia videntur gustu parum vel nihil uti.

**R**ESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est temperantia consistit circa præcipuas delectationes, quæ maxime pertinent ad conservationem humane vitæ, vel in specie, vel in individuo: in quibus consideratur aliquid principaliter, aliquid secundario. Principaliter quidem, ipse usus necessariorum; potus vel fœminæ, quæ est necessaria ad conservationem speciei; vel cibi & potus, quæ sunt necessaria ad conservationem.

seruationem indiuidui. Et ipse vsus horum necessa-  
riorum habet quamdam essentialem delectationem  
adiunctam. Secundiò autem consideratur circa  
vtrumque vsus aliquid, quod facit ad hoc, quòd  
vsus sit magis delectabilis: sicut pulchritudo & orna-  
tus scemine, & sapor delectabilis in cibo, & etiam  
odor. Et idèò principaliter temperantia est circa dele-  
ctationem tactus, quæ per se consequitur ipsum vsus  
necessarium rerum, quarum omnis vsus est in tangendo.  
Circa delectationes autem gustus, vel olfactus, vel vi-  
sus, est temperantia & intemperantia. Secundiò,  
in quantum sensibilia horum sensuum conferunt ad  
delectabilem vsus rerum necessariorum, quæ perti-  
nent ad tactum. Quia tamen gustus propinquior est  
tactui, quàm alij sensus: idèò temperantia magis est  
circa gustum, quàm circa alios sensus.

Ad primum ergo dicendum, quòd etiam ipse  
vsus ciborum, & delectatio essentialiter ipsum conse-  
quens, ad tactum pertinent. Vnde Philosophus dicit  
in secundo de Anima \*, quòd tactus est sensus ali-  
menti. Nutrimur enim calido & frigido, humido &  
siccò. Sed ad gustum pertinet discretio saporum, qui  
conferunt ad delectationem alimenti, in quantum  
sunt signa conuenientis nutrimenti.

Ad secundum dicendum, quòd delectatio saporis  
est quasi superueniens: sed delectatio tactus per se  
consequitur vsus cibi & potus.

Ad tertium dicendum, quòd deliciae principa-  
liter quidem consistunt in ipsa substantia alimenti:  
sed secundiò in exquisito sapore & preparatione  
ciborum.

ARTIC. VI.

*Vtrum regula temperantis, sit sumenda secundum  
necessitatem presentis vite?*

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd regu-  
la temperantis non sit sumenda secundum ne-  
cessitatem presentis vite. Superius enim nõ regulatur  
ab inferiori. Sed temperantia cum sit virtus ani-

L 3 inz

text. 28.  
to. 2.

688  
infr. qu.  
142. a. 1.  
con. et 12  
q. 63. a 4  
cor. et 4.  
d. 15 q. 3  
a. 1. q. 4.  
co. et Ma  
lo. qu 14  
a. 1. ad 2

ma, est superior quam necessitas corporalis. Ergo regula temperantia non debet sumi secundum necessitatem corporalem.

¶ 2 Præterea, Quicumque excedit regulam, peccat. Si ergo necessitas corporalis esset regula temperantia, quicumque aliqua delectatione vteretur supra necessitatem naturæ, (quæ valde modicis contenta est) peccaret contra temperantiam: quod videtur esse inconueniens.

¶ 3 Præterea, Nullus attingens regulam, peccat. Si ergo necessitas corporalis esset regula temperantia, quicumque vteretur aliqua delectatione propter necessitatem corporalem, puta propter sanitatem, esset immunis a peccato. Hoc autem videtur esse falsum. Ergo necessitas corporalis non est regula temperantia.

e. 21. cir. fin. to. 1.

SED contra est, quod Augustinus dicit in lib. de moribus Ecclesiæ, Habet vir temperans in rebus huius vitæ, regulam utroque testamento firmatam, eorum nihil diligit, nihil per se appetendum putat, sed ad vitæ huius atque officiorum necessitatem quantum satis est, vürpet, videntis modestia, non amantis affectu.

art. 1. huius q. 7. et qu. 113. a. 1. p. 4. nõ mul. prolata fin.

RESPONDEO dicendum, quod sicut ex supra dictis patet, bonum virtutis moralis præcipue consistit in ordine rationis. Nam bonum hominis est secundum rationem esse, vt Dion dicit 4. cap. de diuin. nomin. Præcipuus autem ordo rationis consistit in hoc, quod aliqua in finem ordinat: & in hoc ordine proximè consistit bonum rationis. Nam bonum habet rationem finis, & ipse finis est regula eorum, quæ sunt ad finem. Omnia autem delectabilia, quæ in vsum hominis veniunt, ordinantur ad aliquam huius vitæ necessitatem, sicut ad finem. Et ideo temperantia accipit necessitatem huius vitæ, sicut regulam delectabilium, quibus vritur: vt scilicet tantum eis vritur quantum necessitas huius vitæ requirit.

in corpore arti.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut dictum est,

est, quæ...  
quæ...  
oper...  
sed a...  
temp...  
eius...  
na: A...  
Ad...  
vita...  
quod...  
do po...  
mod...  
ne qu...  
tia au...  
sed e...  
3. Et...  
prop...  
Alia...  
plicit...  
tatis...  
do v...  
tiam...  
ta: &...  
congr...  
dem...  
appet...  
cessan...  
non in...  
Ad...  
peran...  
tiam v...  
dum c...  
conue...  
& effi...  
tiam h...  
dit, q...  
non se...

est, necessitas huius vitæ habet rationem regulæ, in quantum est finis. Considerandum est autem, quòd quandoque aliud est finis operantis, & aliud finis operis. Sicut patet quòd ædificationis finis est domus: sed ædificatoris finis quandoque est lucrum. Sic ergo temperantiæ ipsius finis & regula est beatitudo. Sed eius rei, qua vitur, finis & regula est necessitas humana vitæ, infra quam est id quod in usum vitæ venit.

Ad secundum dicendum, quòd necessitas humana vitæ potest attendi dupliciter. Vno modo, secundum quòd dicitur necessarium illud, sine quo res nullo modo potest esse: sicut cibus est necessarius animali. Alio modo, secundum quòd dicitur necessarium illud, sine quo res non potest convenienter esse. Temperantia autem non solum attendit primam necessitatem, sed etiam secundam. Vnde Philosophus \* dicit in 3. Ethicorum, quòd temperatus appetit delectabilia, propter sanitatem, vel propter bonam habitudinem. Alia verò quæ ad hoc non sunt necessaria, possunt dupliciter se habere. Quædam enim sunt impedimeta sanitatis vel bonæ habitudinis & his temperatus nullo modo vitur; hoc enim esset peccatum contra temperantiam. Quædam verò sunt quæ non sunt his impedimenta: & his moderate vitur pro loco & tempore, & congruentia eorum, quibus conuiuit. Et ideò ibidem \* Philosophus dicit, quòd etiam temperatus appetit alia delectabilia, quæ scilicet non sunt necessaria ad sanitatem, vel ad bonam habitudinem, non impedimenta his existentia.

Ad tertium dicendum, quòd sicut dictum est\*, temperantia respicit necessitatem quantum ad convenientiam vitæ: quæ quidem attenditur non solum secundum convenientiam corporis, sed etiam secundum convenientiam exteriorum rerum, puta diuitiarum & efficiorum; & multo magis secundum convenientiam honestatis. Et ideò \* Philosophus ibidem subdit, quòd in delectabilibus, quibus temperatus vitur, non solum considerat, vt non sint impeditiua sanita-

ca. 11. ad fin. 10. 5.

ibidem.

in corpore art.

li. 3. c. 1. 10. 5.



tis & bonæ habitudinis corporalis : sed etiam ut non sint præter bonum, idest, contra honestatem; & quod non sint supra substantiam, idest, supra facultatem diuitiarum. Et August. \* dicit in lib. de moribus Eccles. hæc, quod temperans respicit non solum necessitatem huius vitæ, sed etiam officiorum.

## ARTIC. VII.

*Virum temperantia sit virtus cardinalis ?*

689

1. 2. q. 71

et qu. 66.

a. 1. q. 4

co. q. 3.

d. 33. q. 2

a. 1. et vi.

q. 1. a. 12

ad 24. 25

et 26. q.

q. 5. a. 1.

cap. 10. a

me. 10. 5.

**A**D septimum sic proceditur. Videtur, quod temperantia non sit virtus cardinalis. Bonum enim virtutis cardinalis à ratione dependet. Sed temperantia est circa ea quæ magis distant à ratione, scilicet circa delectationes, quæ sunt nobis & brutis communis, ut dicitur in 3. \* Ethic. Ergo temperantia non videtur esse principalis virtus.

**¶** 2 Præterea, Quanto aliquid est magis impetuosi, tanto difficilius videtur esse ad refræmandum. Sed ira quam refrænat mansuetudo, videtur esse impetuosior, quàm concupiscentia, quam refrænat temperantia. Dicitur enim Proverbiorum vigesimo septimo, Ira non habet misericordiam, nec erumpet furor; & impetum concitati spiritus ferre quis poterit? Ergo mansuetudo est principalior virtus, quàm temperantia.

1. 2. q. 25

ar. 4.

**¶** 3 Præterea, Spes est principalior motus animæ, quàm desiderium & concupiscentia, ut supra habitum est. Sed humilitas refrænat præsumptionem immoderatæ spei. Ergo humilitas videtur esse principalior virtus, quàm temperantia, quæ refrænat concupiscentiam.

c. 36. an-

te med.

q. 123. a.

11. q. 1.

2 qu. 6 1.

ar. 3.

**S**ED contra est, quod \* Greg. in 2. Moral. ponit temperantiam inter virtutes principales.

**R**ESPONDEO dicendum, quod sicut supra dictum est, virtus principalis seu cardinalis dicitur, quæ principaliter laudatur ex aliquo eorum, quæ communiter requiruntur ad rationem virtutis: moderatio autem, quæ in omni virtute requiritur, præcipuè laudabilis est in delectationibus tactus, circa quæ est temperantia.



tum quia tales delectationes sunt magis nobis natura-  
les, & ideo difficilius est ab eis abstinere, & concupi-  
scentias earum refranare; tum etiam quia earum obie-  
cta magis sunt necessaria presenti vitæ, ut ex \* dictis  
patet. Et ideo temperantia ponitur virtus principalis  
seu cardinalis.

art. 4 hinc  
ius 3.

Ad primum ergo dicendum, quod tanto maior offen-  
ditur agentis virtus, quanto in ea quæ sunt magis di-  
stantia, potest suam operationem extendere. Et ideo  
ex hoc ipso ostenditur maior virtus rationis, quod po-  
test etiam concupiscentias & delectationes maximè  
distantes moderari. Unde hoc pertinet ad principalis-  
tatem temperantiæ.

Ad secundum dicendum, quod impetus iræ causa-  
tur ex quodam accidente, puta ex aliqua læsione con-  
tristante. Et ideo cito transit, quamvis magnum im-  
petum habeat. Sed impetus concupiscentiæ delecta-  
bilium tactus, procedit ex causa naturali: unde est  
diuturnior & communior. Et ideo ad principalis-  
tatem virtutem pertinet ipsum refranare.

Ad tertium dicendum, quod ea quorum est spes,  
sunt altiora his quorum est concupiscentia. Et pro-  
pter hoc spes ponitur passio principalis in irascibili.  
Sed ea quorum est concupiscentia & delectatio ta-  
ctus, vehementius mouent appetitum: quia sunt magis  
naturalia. Et ideo temperantia quæ in his modum sta-  
tuit, est virtus principalis.

ARTIC. VIII.

*Vtrum temperantia sit maxima virtutum?*

690

Ad octauum sic proceditur. Videtur, quod tempe-  
rantia sit maxima virtutum. Dicit enim Ambrosius  
in primo de \* Offic. quod in temperantia maximè ho-  
nesti cura, decoris consideratio spectatur & queritur.  
Sed virtus laudabilis est, in quantum est honesta &  
decora. Ergo temperantia est maxima virtutum.

l. i. c. 41.  
in prin.  
to. 1.

¶ 2 Præterea, Maioris est virtutis operari id quod  
est difficilius. Sed difficilius est refranare concupiscentias  
& delectationes tactus, quàm rectificare actiones ex-  
terio-

teriores, quorum primum pertinet ad temperantiam, secundum ad iustitiam. Ergo temperantia est maior virtus, quam iustitia.

¶ 3 Præterea, Quanto aliquid est communius, tanto magis necessarium videtur esse, & melius. Sed fortitudo est circa pericula mortis, quæ rarius accidit, quam delectabilia tactus, quæ quotidie occurrunt: & sic usus temperantiæ est communior, quam fortitudinis. Ergo temperantia est nobilior virtus, quam fortitudo.

*li. 1. c. 9. non mul-  
sū a pri-  
to. 6.* SED contra est, quod \*Philosoph. dicit in primo Rhetor. quòd maximæ virtutes sunt quæ alijs maximè sunt viles. Et propter hoc fortes & iustos maximè honoramus.

*li. 1. c. 2. cir. s. 5.* RESPONDEO dicendum, quòd sicut \*Philosoph. dicit in 1. Ethic. bonum multitudinis diuinius est quam bonum vnius. Et ideo quanto aliqua virtus magis pertinet ad bonum multitudinis, tanto melior est. Iustitia autem & fortitudo magis pertinent ad bonum multitudinis, quam temperantia: quia iustitia consistit in communicationibus, quæ sunt ad alterum. Fortitudo autem in periculis bellorum, quæ sustinentur pro salute communi. Temperantia autem moderatur solum concupiscentias & delectationes eorum quæ pertinent ad ipsum hominem. Vnde manifestum est quòd iustitia & fortitudo sunt excellentiores virtutes, quam temperantia, quibus prudentia & virtutes theologice sunt potiores.

Ad primum ergo dicendum, quòd honestas & decor maximè attribuuntur temperantiæ, non propter principalitatem proprii boni, sed propter turpitudinem contrarij mali, à quo retrahit, in quantum scilicet moderatur delectationes, quæ sunt nobis & brutis communes.

Ad secundum dicendum, quòd cum virtus sit circa difficile & bonum, dignitas virtutis magis attenditur secundum rationem boni, in quo excedit iustitia, quam secundum rationem difficultis, in quo excedit temperantia.

Ad

Ad tertium dicendum, quod illa communitas qua aliquid pertinet ad multitudinem hominum, magis facit ad excellentiam bonitatis, quam illa quæ consideratur, secundum quod aliquid frequenter occurrit: in quarum prima excedit fortitudo, in secunda, temperantia. Vnde simpliciter fortitudo est potior, licet quo ad aliquid possit dici temperantia potior, non solum fortitudine, sed etiam iustitia.

QVÆST. CXLIII.

De vitijs qua aduersantur temperantia, in quatuor articulos diuisa.

**D**einde considerandum est de vitijs oppositis temperantia.

- ¶ Et circa hoc quaeruntur quatuor.
- ¶ Primo, vtrum insensibilitas sit peccatum?
- ¶ Secundo, vtrum intemperantia sit vitium puerile?
- ¶ Tertio, de comparatione intemperantia ad timiditatem.
- ¶ Quarto, vtrum vitium intemperantia sit maxime opprobriosum?

ARTIC. I.

*Vtrum insensibilitas sit vitium?*

691  
2. ethi. le.  
8. co. 3. et  
1. 3. le. 2 to  
co. 2.

**A**d primum sic proceditur. Videtur, quod insensibilitas non sit vitium. Dicuntur enim insensibiles qui deficiunt circa delectationes tactus. Sed in his penitus deficere, videtur esse laudabile & virtuosum. Dicitur enim Dan. 10. in diebus illis ego Daniel iugebam trium hebdomadarum tempus: panem desiderabilem non comedi, & caro & vinum non introierunt in os meum: sed neque unguento vnctus sum. Ergo insensibilitas non est peccatum.

¶ 2. Præterea, Bonum hominis est, secundum rationem esse, secundum \* Dionys. cap. 4. de Diuin. nom. Sed abstinere ab omnibus delectabilibus tactus, maxime promouet hominem in honore rationis. Dicitur enim Dan. 1. quod pueris qui utebantur leguminibus, dedit Deus scientiam & disciplinam in omni libro & sapientia. Ergo insensibilitas quæ vniuersaliter repel-

c. 4. p. 4.  
non multum  
promouetur  
a se.